



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Bonifacius Ep. 14. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

14. Maii. VITÆ SANCTORUM. 309
lius otio nemora, & ad suas admitti de-
litias propè cum convitio postulavit. P A-
C H O M I U S Theodoro copia facit salu-
tandæ matris, quâ se ille usurum nega-
vit, nî spondisset P A C H O M I U S, eum
sibi congressum olim fraudi non fore:
quam in rem cautus senex fidem dare non
sustinuit. Priusquam quieti se daret, fes-
sa diurno labore membra figillatim sola-
batur; quantillum enim superesse jam jam
in beatitatis rosa collocandis? Quid ad
hæc suaviludii nostri, qui nunquã in Dei
causâ se meminere fatigatos? *Ex Metaphr.*

*Si aterna bona sub aspectum caderent,
itemque supplicia veritatis agnita deserto-
ribus parata, nullius alterius rei desiderium
teneret jam terra sublimiores, & præteritâ
temporis acta recolentes cum lacrymis, do-
nec Dei gratia caelesti nos sponso jungeret.*
Ex dictis S. Pachomii.

S. BONIFACIUS EP.

14. Maii.

PUlchrè B O N I F A C I U S omnes no-
minis sui numeros implevit, puer jam
multorum pater, nunc sine prætextâ,
nunc etiam sine interulâ ad matris sinum
redux, & verò jactabundus etiam, quòd
tam exiguis panniculis totum C H R I-
S T U M potuisset tegere. Furtum tamen
jam tum vel maxime damnavit, eoque
vulpes, quæ subducere matri gallinas

V 3

ama-

310 VITÆ SANCTORUM. 14. Maii.
amabat, ad precantis pedes redire co-
acta, & rapta reddidit, & facinus morte
spontè luit. Iam domi siue messem siue
vindemiam habere illi cum libuit, licuit.
Inde cum ditiores annonam flagellarent,
matris omne frumentum in pauperes
sparsit. Sed sementem hoc erat facere.
Nam cum mater irasceretur tam prodi-
go, ad ejus preces subita seges totum
horreum complevit. Sub hæc cum spem
vindemiæ ditioris grando dejecisset, An-
tistes jam Ferentinus pauxillum vini,
quod legerat, in omnes testas, ac dolia
divisit, precando deinde tantum non ex-
undare fecit. Certè vasculum mero ple-
num Gothi duo ex itinere accepisse se
putaverant cœnæ fortè unius illecebram.
Sed nimirum cellam illi promptuariam
circumferebant, non minus etiam, cum
viam relegissent, divitem. Fuit cum bene
egenis facturus ipse egeret, & duodecim
aureos, nepotis peculium, prodigeret.
Verum cum ei nepos vehementius suc-
censeret, ab imagine DEI PARÆ totidem
alios tulit. Recepit itaque suum nepos,
plus utique accepturus, si foenori mo-
xam dedisset. *Ex Dial. S. Greg.*

*Magna res homo, & pretiosa vir miseri-
cors. Hæc major gratia, quam mortuos re-
suscitare: multò namque majus est, esurien-
tem pascere Christum, quàm in nomine JE-
su mortuos suscitare; nam illic tu de Christo
bene mereris; hîc autem ipse de te. S. Chryl.
hom. 36. ad Pop. S. PON-*